

quitalia agis quia tu effugies iudicium di. An diuitiae benignitatis & longani-
 mitatis ei contemnis. Ignoras quia patientia di ad penitentiam te adducit.
 Tu autem idem ille qui respondet & dicit. si displicerem deo. non mihi parceret deus. uide
 quid sibi facit. audi apostolum. Tu autem secundum duritiam cordis tui. & cor in-
 penitens. thesaurizas tibi iram in die ire. & reuelationis iusti iudicii di. qui
 reddet unicuique secundum opera sua. Ille ergo auget longanimitatem. & tu auget
 iniquitatem. Erunt illius thesaurus in semper non misericordia in eos qui
 non contempserunt misericordiam. tuus autem thesaurus in ira inuenitur
 & quod ponis cotidie pro modicum. post ea missam inuenturus es. Minuta
 tum ponis. sed cumulum inuenies. Noli attendere minuta peccata tua
 cotidiana. De minutissimis guttis flumina implentur. Quidam illi
 faciunt qui respondent & loquentur iniquitatem. quia faciunt & par-
 citur eis. Populum tuum domine humiliauerunt. Id est omnes qui iuste
 uiuunt. in quos uolunt superbire omnes mali. populum tuum domine
 humiliauerunt. Et hereditatem tuam uexarunt. uidua & pupillos in-
 terfecerunt. & proscelitum occiderunt. Id est peregrinum aduenam.
 Aduenitatum ipsum dicit proscelitum. Manifesta sunt ista singula. nec opus
 est in his inmorari. Et dixerunt non uidebit dominus. Non attendit. negle-
 git ista. Alias rescurat. non intellegit. haec enim duae uoces sunt uoces
 malorum. Una quam dixi. haec fecisti & tacui. Suspiciatus es iniquita-
 tem quod ero tibi similis. Quid est quod ero tibi similis. putas quia in
 deo facta tua & placent mihi. quia non uindico. Alia est uox iniquo-
 rum quia nec attendit ista deus. nec auestit ut sciat. quemadmodum
 uiuam non me curat deus. Ergo inter aliqua me computat deus. aut ue-
 re me numerat deus. aut ipsos homines numerat. Infelix homo ut esset
 curauit. ut bene uiuas non curat. Istorum ergo ista uox est. & dixerunt
 non uidebit dominus. Neque intellegit deus iacob. Intellegite nunc qui insipi-
 entes estis in populo. & stulti aliquando sapite. Populum suum erudit
 cui possunt commoueri pedes. quando felicitates iniquorum uidet homo